



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Henricus Garnettus qualis. n. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

potuissest Catholicus aliquis in Thronū irrepsisse qui Protestantibus negotium
 faciliſſer; Nunc verò nullo fundamēto sperari fauorē aut gratiā, corona in legi-
 timū ſuccellorē impositā, cui & legitimi hæredes non deſiēt. Et nouus Pseudo
 Londinensis in concione coram Rege palam pronuntiauerat extirpandum haud
 dubiè Regiū genus niſi Papistæ radicitus euellerentur. Qua in re ethi videri potuit
 contrariè prophetare; His tamen quaſi facibus accensi nobili genere & Eque-
 stri loco nati Catholici aliqui, patientiæ armis depositis (quibus Christianum
 eſt in afflictione decernere) ſpecie pietatis ad vindictam conuerſi, immane faci-
 cinus & impium, & à quo comemorando oratio ipſa abhorret, meditari ſunt.
 Sunt in Westmonasteriensi Palatio Aulae ingentes duæ contiguae, plus ſexcen-
 tis hominibus capiendis aptæ; Huc Rex, huc optimates, huc frequens populus
 ad comitia conuenit: ſub his ædibus in conductam caueam immenſam viri
 pulueris nitrati congeſtam condunt, & multo ligno operam nè in alpeſtum
 veniat occulunt. Paratumq[ue] habebant hotinum cum fomite, quo admi-
 nistro eā horā quā frequentiſſimo Senatu in ſecundis comitijs coiſiēt ordines,
 Regem cum optimatibus, & parte magna populi, diſiecta immāni fragore tam
 magna-mole ædificiorum opprimerent, dilacerarent, præfocarent, & Reg-
 num vniuerſum conſternatione defixum, fuorum amiftione mæſtum,
 Principe consilioque exutum, ad impolitam ingenij ſui formam reuocarent,
 flagitio haud dubiè temerario & crudeli; Ad quod uſquequaq[ue] aggrediendū
 iſiſimēt non erat animi ſatis, cum cogitarent innoxios plurimes cum nocen-
 tibus perituros, & amicorum hominum ſalutem & vitam cum ijs quos hoſti-
 um loco habebant, non in diſcrimen modō, ſed in exitium præcipitari; id quod
 detegendæ conſpirationi occasio fuit: Vnus enim quispiam è coniuratis ami-
 cum per literas monuit, ſi vitam amaret ſuam, nè intereflet ſenatu: Quæ literæ
 cum ad Regem perueniſſent, dilatis in aliū diem comitijs patuere quas pe-
 nitius abſtrulas arbitrabantur infidiae. Deprehenſa coniuratione, ij qui conſen-
 ferant diſperſi ſunt; alij latebras, alij pugniam meditati; in quā cum aliqui ceci-
 diſſent, cæteri capti inconsulti facinoris paenam iudicio ferſoluerunt. Fuitque
 non leuis ſuſpicio non neminem inter optimates longe ante diem de conſpi-
 ratione reſciuifſe, & artificioſe ſimulafre ignorantiam quō plures inuolue-
 rentur: Quo artificio & Societatis Iesu Religiolos aliquot Patres inſimulare
 niam notā conatus eſt, quaſi ciuilem flagitij auctores aut nequierer conſcios; Henricum
 Garnettum, Odoardum Oldcornum, Oſwaldum Teſmundum, Ioannem Ge-
 tanquam rardi; de quibus ſingulis conſequenti narratione dicendum erit.
 X X. Henricus Garnettus Notingamia, vel ut alij ſcribunt, Henriæ in
 vicino Derbiensi Comitatū, honeſto loco, anno quinqueagesimo quinto ſupra
 ſequimillesimum natus, adoleſcens in Italiam cum Aegidio Gallopo profe-
 etus, Romaque in Societatem nominis Iesu vndeclimo Septembriſ anni ſep-
 tuagesimi quinti cooptatus, Magistro Fabio de Fabijs, viro non magis vetuſti
 fanguinis claritate quam Religioſa ſeueritate nobili, vitæ Religioſæ Tyrocini-
 um poſuit: Tum ad humanarum diuinarumque literarum conuerſus ſtudia
 Christo.

Percalum-
 niam notā-
 tur ex no-
 tris aliqui
 conſpiratio
 niis nequi-
 ter conſcijs.
 Heuricus
 Garnettus,
 qualis vir.

phoro Claudio, Francisco Suario, Benedicto Pereirio, Roberto Bellarmi 1696,
 no, alijisque vir s prestantibus præceptoribus vñus, eam doctrinam breui con-
 fectus est, vt in Romano nostro Collegio Hebraicas primū literas, tum
 quaſtiones Metaphysicas publicè explicarit. Mathematicis etiam Scholis
 præfectus est, in quibus diutius eū repentinus Clauj morbus detinuit quām
 incenſia eius in Patriæ ſalutem ſtudia poſtularent. Ad Anglicanam enim vi-
 neam quando ſummiſi luis precibus anno octogēſimo quarto deſignatus pro-
 fectionem adorabat, Clavius diſcillimo correptus morbo, penè delperata
 iam ſalute animam agens, eum ſibi luſceſſorem à ſummo Societatis noſtræ
 moderatore depopolcit; neque viro optimo, deque Ecclesiæ optimè merito
 mos geri non potuit. Sed biennio poſt cūm recreatus à morbo Clavius ſibi
 ſcholisque redditus eſlet, impetrata diſcedendi facultate, mense Iulio anni
 octogēſimi ſexti vnâ cum Roberto Southwelo in Angliam appulit. Ibi cūm
 biennium circiter in procuranda priuatis operis proximorum ſalute poluifler,
 ei Missioni (per occaſionem captiuitatis Guilielmi VVeftoni,) Præfectus, &
 strenui operarij, & egregij moderatoris partes ita cumulatè objicit, vt coleretur
 à familiaribus, amaretur ab exteris, omnibus eſſet admirationi. Erat enim in eo
 viro ingenium perſpicax, acre ſolidumq; iudicium, rerum plurimarum cog-
 nitio, prælens consilium, ſolertia singularis: Accelerat etiam prudentiæ ma-
 gister vñus, quæque cūm his raro coniungitur, morum ſimplicitas & candor
 animi minimè fulplicacis: Ad hæc incredibilis moderatio, lenitas etiam fu-
 pra naturam; expertem perturbationum diceres; Morum mira facilitas, &
 demiſſione animi conditâ ſeu eritas; In ore vultuque verecunda iucunditas,
 quam neque remitteret familiaritas, neque grauitas alperaret. Quæ illi igno-
 torum æque notorumque amore ac venerationem conciliauit; vt nè in
 proditoria quidem actione ab aduersarijs instituta, laudibus eius abſtinere
 pōuerint; Neque enim magna modò auctoritate ac merito inter Catholicos
 habitum fatentur, ſed ipſi etiam à Deo, & meliore natura doribus ornatum
 multis vocant; virum item grauissimum atque literatissimum, genere clarum,
 non infimis dotibus excultum, arte eruditum, linguarum vñu peritum.) Quin
 etiā Northamptonus Garnettum alloquens, "Itæ dotes tuae, inquit, præſtan-
 tiores, ſi in natura leorsim ſua expendantur, milericordiam potius commo-
 uerent, quām humanitatem exacerbarent; Quotum enim quemque non ad
 placabilem quandam animi facilitatem propenſum redderet tanti viri in-
 titutus: Si vultum intueamini, ſi gestum, lumina cum moderatione & ſolido
 iudicio;) Et mox: "Tui affeſtus admodum ſedati, & ad obsequium præ-
 ſtandum exquisitè compoſiti, conſilia integra, & quodam innocentia nitore
 conuecta, &c.) Atque vt ad noſtrós reuertamur, obleruauit Personius, quod
 annorum duodeuiginti curriculo quo illa rexit Missionem in ſumma tempo-
 rum varietate ac difficultate, nemo vñus ē noſtris, nemo minus beneuolorum
 eo tempore in Societatem Sacerdotum, in perlonam Garnetti quidquam al-
 perius aut dixit vñquam aut ſcripsit Romam; quod & prudentiæ singularis, &

Q q 4

vitæ

1606. vita intermerat firmissimum est argumentum. Hic tantus ac talis vir, quenam Bellarminus olim auditorem suum, non dubitat omni doctrinæ genere & vita Sanctitate incomparabilem appellare, cum tot annos Anglicanæ Christi vincam tanta laboribus, vigilijs, periculisque excoluisset, in acerbissimum Ecclesiæ hostium manus delaplus, in crimen Majestatis per summam inuidiam ac malevolentiam vocatus, iniquissimo iudicio oppressus, publicè Londini sententiam sustinuit, die tertio Maij, Anni sexcentesimi Sexti. Res hac ratione gesta est.

Vnde orta
calumnia
in societa-
tē.

X X I. Puluerariæ coniurationis Machinatores plerique in secretiori iudicio conscientiæ maculas apud Societatis homines diluebant; id quod Magistratum Hæreticum omnia curiole circumspetantem vel pridem non latebat, vel ex Batesij coniuratorum famuli inter quæstiones sermone recente patuerat: Neque admodum credibile videbatur quod horum nullus rem atrocitate plenam aut consilij aut remedij querendi causa aperuisset. Veri igitur aduersarij nè tantum facinus in publicum Catholicæ Religionis odium ignominiamque minus cederet, si paucorum hominum eorumque Laicorum conscientiæ circumscriberetur, communicare eius inuidiam cum Iesuitis constituerunt; & duobus circiter post detectam coniurationem mensibus, cum toto Regno perulgatum esset nullum Sacerdotem eius rei fuisse participantem, serui rumores cæpti, ac paulatim increbescere, Garnettum, Greenwayum (qui & Tefmundus) Gerardum, coniurationis concios deprehensos esse: Paulò post calumnia publica etiam auctoritas addita, propositis totâ Angliâ Edictis acerbissimis quibus Garnettus cum Socijs, coniuratorum confessione eius facinoris conuicti dicebantur, & capitalis pæna decreta, si quis hospitio recipisset, si quis iuuisset, si quis occulisset. Et quoniam de confessione coniuratorum agitur, non abs re erit hic attexere literas de eo. rum supplicijs scriptas, ex quibus de huiusmodi calumnia quid censendum sit liquido apparet. De cæteris post videbitur. Literæ sic habent.

Litteræ de
supplicio
reorum.

X X. Carissime Domine: Non dubito quin pridem ad te perlatus fit sermo deconspiratione inter octo iuuenes Catholicos nobiles conflata, ad pristinum Regin statum commutandum; qui omnes (præter quatuor occisos, Catesbeyum, Perceum, & duos VVrightos) comprehensi, videlicet, Euerardus Digbeyus, Thomas VVintour, Ambrosius Roockwood, Ioannes Grant, Robertus Keyes, Guido Faux, Robertus VVintour, & Batesij famulus Catesbeyi, supplicio sunt affecti die Iouis & Veneris huius septimanæ. Quatuor ad Sanctum Paulum, & quatuor West-Monastry. In actione perdulionis tota res ab Regio Procuratore in Catholicos, Sacerdotes, & Iesuitas conjecta est; aiebatq; nullam vñquam conspirationem extitisse cuius hi non fuissent auctores, repetitilq; iam inde ab Elizabethæ diebus quæ contigerant, nè Essexianam quidem omisit quin & illius facheret Iesuitas & Catholicos architectos. Euerardus Digbeyus iudicio postulatus agnouit se in eo reum, quod rem cœlasset; de cætero nihil legiſſe, nihil esse machinatum: Quandoquidem vero,